

603.

Dices; secundò. Moyfes seriem omnium progenitorum, ac historiam omnium à se gestorum, ac verborum, totumque denique vitæ suæ cursum usque ad mortem per se ipsam in libris Pentateuci narravit, ergo etiam bene poterat noster sacratissimus Leg. flator, sua gesta literis consignare. Respondetur, Primò, latum esse discrimen inter Dominum, & servum; Dominus nec agit, nec scribit per se, sed per ministros suos; ac servus per se ipsum agit, ac scribit. Secundò, Moyfes, & alii sua opera scriptis referunt, non ut sua facta commemorarent, sed ut Dei mirabilia narrent; & quia forte in populo oblitato, & rebeli, non erat qui fideliter illa scriberet. Deinde, quia ea quæ gesta sunt in Deserto Madian, quando Dominus ei apparuit in tubo, & quæ fuerunt à Deo ei in monte Sina per quadraginta dies, nullus poterat dicere, ac scribere, nisi ipse Moyfes; At gesta Christi sunt scripta per fidelissimos ministros, qui & ipsi viderunt, vel sunt narrata ab his, qui à principio ipsi viderunt, ut narrat D. Lucas in proœmio sui Evangelii.

QUESTIO IV.

De sancto Matthæo Apostolo, ac Evangelista.

SUMMARIUM.

- 604 Varii in locis agitur de D. Matthæo.
605 Causa scribendi Evangelium.
606 Magna est auctoritas Evangelii Matthæi.
607 Evangelium Matthæi conversum est in Latinum ex Græco.
608 Spiritus sanctus se contemperavit ingenio Matthæi in scribendo Evangelio.
609 Quo sermone, & anno scripsit.
610 Titulum esse postura ab Ecclesia dicant aliqui.
611 Esse ab ipso D. Matthæo, & probatur, & non. 612. 613.
614 Solvantur argumenta contraria.
615 Cur dicitur Evangelium secundum Matthæum.

604. D. Hieron. Theophyl. Euthym. D. Remig. D. Thom. Imperfect. S. Barthol.

DE excellentiis, ac laudibus D. Matthæi modo non ago, de illis jam tractavimus. in Evangel. cum de ejus conversione sermone habui cap. 27. & de ejus excellentiis, ac elogiis, tom. 1. in Apocal. cap. 4. quæst. 29. & 10. 2. cap. 21. quæst. 30. & quantum ad ejus Evangelium de illo disserui tom. 1. in Evangel. in Proœmio, quæst. 3.

dos profecturus Evangelium Sancti Matthæi sua manu descripsit, detulit teste Eusebio Euseb. lib. 4. historia, cap. 10. & D. Hieron. de script. Ecclesiast. in Partemia, & Barnabas Apostolus Barnab. Evangelium Matthæi sua manu exaratum asportavit in Cyprium.

Magna fuit auctoritas Evangelii Matthæi apud omnes; tam D. Matthæus illud conscripsit Hebræo idiomate, & cum secreti Apostoli profecturi essent ad prædicandum Evangelium in toto mundo, in quo valde communis, ac vulgaris lingua Græca, prædictam Evangelium conversum est in Græcum ab ipso Divo Matthæo, vel à sancto Joanne Evangelista, vel à sancto Jacobo, vel alio simili Apostolo. D. Athanas. sic scribit: Matthæi Evangelium Hebræo dialecto conscriptum est à Matthæo edum Hierosolymis, & interpretante Sancto Jacobo fratre Domini expositum. Theophyl. Prasul. in Matth. inquit, Joannes hoc Evangelium ex Hebræa lingua in Græcam, us ferunt, interpretatus est. Sixtus Senens. in sua Bibliotheca opinatur Barnabam Apostolum hoc Evangelium ex Hebræo in Græcum transtulisse, & D. Anastasius Sinaita lib. 8. Hexamer. dicit, Apostolum Paulum, & Lucam Matthæi Evangelium in Græcum reddidisse, ex quo liceat considerare quanta sit celsitudo, ac nobilitas Evangelii Matthæi, qui tam præclarissimos habuit interpretes.

Ex his deducitur, quod Textus Syriacus Evangelicus non ex Hebræo, sed ex Græco traductus est, ut patebit utrumque conferenti. Hinc S. Hieron. jussu S. Damasi corrigens quatuor Evangelia, ac inter illa Evangelium S. Matthæi, illa correxit juxta Textum Græcum, non Hebræum, atque illum integritati, ac fidei Græcæ reddidit, ut ipse testatur Præfatione in Evangelia ad Damasum, ubi ait D. Hieron. jussu Damasi se vertisse Testamentum Vetus ex Hebræo in Latinum; novum verò non vertisse, sed cortexisse ad Græcum autographum, quare novi Testamenti non fuit interpres, sed alius antiquior & fortè non multum Latinus, ex quo fit, quod Textus Latinus Evangelii D. Matthæi, ac Marci in vulgata editione, non ex Hebræo, sed ex Græco traductus videtur, ut aperte observant Bellarm. de script. Ecclesiasticis, in Matthæo Franciscus Lucas Burg. Præfatione in Marc. & id clarè patebit conferenti Textum Græcum cum Latino.

In scribendo Evangelio Spiritus sanctus maxime ingenio naturæ D. Matthæi se contemperavit, ejus mentem excitabat, ac dirigebat Spiritus sanctus, ut ea, quæ partim ipse viderat, partimque à sacratissima Virgine, ac ab aliis Apostolis audierat, partimque Deus illi revelaverat, ille scriberet methodo, ordine, sententia, conceptu, phrasi, quæ sancti Matthæi ingenio congruebat; non enim erat opus revelatione in his, quæ D. Matthæus bene sciebat, ac viderat, aut audierat ab aliis Apostolis maxime fide dignis, sed tantum assistentia, ac directione Spiritus sancti, ne oblivione, aut mentis lapsu, aut humana fragilitate in minimo puncto à veritate deflecteret, aut aberraret, sed ut omnia summa, & integra veritate scriberet.

Relictis

609.

Relictis variis sententiis, D. Matth. cum scripsisset suum Evangelium in Judæa rogantibus fratribus, qui ex Judaismo erant conversi, quod scriberet Hebræo sermone, ut probavi, tom. 1. in Evangel. in proœmio, cap. 3. n. 7. ex gravissimis Auctoribus probavi quod scripsit anno octavo post Christi Ascensionem Caligula Imperatoris anno tertio, ibi dicta videnda.

Titulus Evangelii. Sacrosanctum Iesu Christi Evangelium secundum Matthæum.

610.

Maldon. Gavar. Cornel.

D. Chryf.

Magna difficultas à quonam sint posita hæc verba in titulo. Magna diversitas est Auctorum in assignando Auctore hujus tituli. Prima sententia est Maldonati, & D. Hieronymi, de Gavara, Cornelii à Lapide, Monachii, & aliorum asserentium hunc titulum positum fuisse ab Ecclesia. Pro hac sententia citatur D. Chrylost. nam in cap. 1. Epistolæ ad Romanos, ait quod Paulus in Epistolis, quas scripsit titulum præfixit, Moyfes verò, & qui post illum secuti sunt, nullum titulum apposuerunt; ergo nec D. Matthæus. Deinde quia idem titulus est apud alios Evangelistas Marcum, Lucam, Joannem, solo nomine mutato; ergo ab eodem auctore hic titulus est appositus, & datus, ab Ecclesia nempe.

611.

Euthym. Cajetan. Janfen. Tertull.

Cassiodor.

Opposita sententia affirmat D. Matthæum hunc titulum posuisse, esseque illius Auctorem. Ita Euthym. Cajetan. Janfenus. Et Cajetanus supponit ut communem, & idem illam non probat, Et hæc sententia mihi videtur probabilior, & pro illa citatur Tertullianus lib. 4. contra Marcionem. Probatur, quia D. Matthæus scripsit suum Evangelium, ut apud eos, qui erant in Judæa, & apud Gentes, ad quas erat asportandum, magnam, & plenam fidem haberet; At liber sine Auctoris nomine, nullam fidem, ac credulitatem habet apud legentes; ergo debuit D. Matth. apponere suum nomen. Major, & consequentia patet; Minor probatur; nam liber ex Auctoris nomine multam reconciliat auctoritatem, & ut ait Cassiodorus lib. 6. variar. cap. 7. Græca sunt omnino quæ actiones designant. Et confirmatur, quia liber est veluti quædam Epistola, ex jure autem Epistola sine nomine nullam habet fidem, nec credulitatem, nam ubi nomen non legitur, stat lector dubius, & ambiguus, & secum rem consulit, ac recogitat, quid de illo libro judicandum sit.

612.

Salomon. Propheta. D. Paulus.

D. Petrus. D. Jacobus. D. Thadæ. D. Joannes.

Probatur secundò. Salomon in omnibus suis libris statim in fronte apponit suum nomen, sic etiam omnes Prophetæ tam Majores, quam Minores. Sic & Apostolus Paulus affixit suum nomen in omnibus suis Epistolis, excepta illa, quæ est ad Hebræos, de quo suo loco reddam rationem; sic etiam statim in limine suam scribunt nomen in Epistolis suis D. Petrus, D. Jacobus, D. Judas, & Joannes Apostolus in sua Apocalypsi, & in suis Epistolis sub nomine senioris seipsum intelligit, & quia scribebat filiis suis charissimis, qui bene ex methodo, & modo loquendi ipsum agnoverant; ergo etiam D. Matthæus in suo Evangelio apposuit suam nomen.

613.

Hic maxime quaeritur, cur Moyfes in suis libris proprium suum nomen occultaverit cum Apostolus Paulus illud in suis Epistolis proponat, & aperiat. Respondetur, quod Moyfes secum habebat eos, ad quos scribebat & Moyfes ex suis manibus, libros tradebat ac proinde non necessarium fuit suum nomen declarare, ut eum Auctorem cognoscerent; At Apostolus scribebat ad gentes remotas, & distantes, quas sæpè non viderat, & ut ab eis fidem exigeret, necessarium fuit suum nomen exprimere, ut eum cognoscerent Auctorem; hanc rationem tradit D. Chrylost. homil. 1. in D. Chryf. Matth. & ait: Moyses libris quinque à se scriptis nunquam nomen addidit, neque qua post illam scripta sunt scribere. At Beatus Paulus ubique Epistolis suis nomen suum proponit: quid ita? Quod illi quidem presentibus scribebat, ac supervacanea illis presentia sua declaratio; hic autem è longinquo litteras mittebat ideoque necessaria erat nominis additio; ait D. Anselmus in Epistola ad Rom. Apostolus nomen suum celeberrime, & omnibus notum proponit in hac Epistola, ut Romani audito nomine tanti viri attendant, quid eis velit persuadere, ut ad audiendum solliciti, & ad obediendum existant parati.

614.

Ad argumenta in contrarium facile respondetur, quod licet D. Chrylostomus fuerit de D. Chryf. bius cap. 1. in Epistola ad Rom. tamen homil. in Matth. mutavit sententiam, ut vidimus. Ad confirmationem dicimus, quod argumentum poterat habere aliquam vim si omnes quatuor Evangelistæ simul eodem tempore scripsissent, ac omnium primus scripsit D. Matthæus. Deinde Marcus, Lucas, & Joannes, qui tres eum vidissent titulum, quem D. Matthæus in fronte sui operis posuit sapienter conjuncti animo usi sunt, ut ita suis scriptis majorem auctoritatem reconciliarent, & fideles videntes scriptorum similitudinem maxime ad fidem, ac veritatem historiarum conspirarent.

615.

Inquires tamen, Cur dicitur Evangelium secundum Matthæum, & non potius Evangelium Matthæi, vel Joannis. Dicimus, quod si diceretur Evangelium Matthæi, esset ab ipso Matthæo ut auctore dictante & componente. At cum dicimus secundum Matthæum, id est secundum quod scriptum est à Matthæo seu secundum revelationem factam à Deo scriptum per Matthæum.

QUESTIO V.

De sancto Marco Evangelista, ac ejus Evangelio.

SUMMARIUM.

- 616 De excellentiis D. Marci.
617 Quis, & qualis D. Marcus.
618 D. Marcus Petri comes, predicat in Alexandria, ubi martyrio coronatur, corpus transfertur ad Venetias.
619 Scripsit Rome, & Latino sermone.
620 Alii dicunt scripsisse sermone Græco.
621 In utroque idiomate scripsit.
622 Non servat ordinem ut audierat à Petro.
623 Cur dicitur abbreviator, & quo anno.

624 Evrat

624. Evangelium Marci magnum fructum protulit.

616.

De magnaliis, ac excellentiis D. Marci egi tom. 1. in Apocal. cap. 4. quast. 30. De eius Evangelio jam etiam egi tom. 1. in Evangelia in Proemio, cap. 4. ibi dicta, & etiam alia subiectam, quae breviter praebabo.

617.

D. Marcus fuit natione Hebraeus, ex Tribu Levi, in quo omnes Historiographici conveniunt. Addunt Beda, & Commentator in Marcum apud D. Hieron. fuisse Sacerdotem Aaronicum, Origenes lib. de recta in Deum fide, S. Epiphanius haeresi 52. Dorotheus in synopsi, existimant Marcum fuisse unum ex 72. Christi discipulis. Contraria tamen sententia probabilior est, quod nempe post Christi mortem a D. Petro conversus & baptizatus est; & inde D. Petrus eum vocat filium suum spiritualem nempe, 1. Petr. 5. num. 13. dicens: Salutat vos Ecclesia, quae est in Babilonia hoc est Roma) collecta, & Marcus filius meus. Ita habent S. Hieron. Eusebius lib. 7. Histor. cap. 14. S. Epiphanius haeresi 5. Theodoret. in Histor. S. Petri, Irenaeus lib. 3. cap. 1. & alii multi, qui tradunt D. Marcum fuisse discipulum, & comitem D. Petri.

1. Petr. 5.

Beda. Comment. D. Hieron. Origenes, D. Epiph. Dorotheus.

S. Hieron. Eusebius, D. Epiph. Theodor. Irenaeus.

618.

Inde ipse B. Marcus Comes, & Discipulus Petri, cum apud Antiochiam Ecclesiam Christi fundasset; Romam ire iussus est Petrus, & secum Marcum asportavit. Deinde cum Petrus videret Marcum maxime constantem in fide, ut notat Theophylactus, eum ad fidem disseminandam in gentibus destinavit, Albertus Magnus Marcum existimat ad Aquileiam Urbem Venetae civitatem missum fuisse, ac proinde etiam quod Aquileiensis Episcopus creatus fuisset; deinde ad Alexandriam directus est, ubi Ecclesiam per decem, & novem annos sanctissime gubernavit, in eaque habuit discipulos virtute praecellentes, ut infra dicam, ibi martyrio coronatur. Martyrolog. Romanum die 25. Aprilis, sic habet: Alexandria Natalis sancti Marci Evangelistae, qui pro fide Christi decens, & fimbriis vinctus, &c. Et Gelasius Papa in Concilio Romano de lib. authent. & Apocryph. ait: Marcus Evangelista a B. Petri in Aegyptum directus fidem veritatis predicavit, &c. Sic Procopius, Nicephorus, Metaphrast. & alii, ejus corpus ab Alexandria, a mercatoribus ad Venetias est translatum anno Domini 827. ubi summa veneratione colitur, & Senatus habet pro stemmate insignia sancti Marci, puta Leonem, & Commendatarii ferunt Leonem cum gladio in manu, ut videbis apud Caramuelem tom. 1. Theolog. Moral. in fronte post primum folium.

Theophyl. Alb. Mag.

Martyrol. Roman.

Gelas. Pap.

Procopius, Nicephor. Metaphrast.

619.

Cum D. Marcus esset Romae rogantibus fratribus scripsit Evangelium prout ex ore Petri audierat, ac proinde cum scriberet Romanis latino sermone scripsit. ad quid quae Romano sermone, in lingua nempe, quae ipsis ignota erat? Deinde Titulus Crucis scriptus est literis Hebraicis, Graecis, ac Latinis? unde conveniens fuit, ut Evangelium scriberetur Hebraice a D. Mattheo, Graece a D. Luca, & Joanae, utpote lingua maxime vulgari, & a D. Marco Latinè, & quod Romae scripsisset asserunt D. Hieronymus, Eusebius, Clemens,

D. Hieron. Eusebius.

D. Epiphanius, & Auctor Commentariorum in Marcum; & Syrus sic terminat Evangelium Marci. Finit Evangelium sanctum Evangelium Marci, quod locutus est, & evangelizavit Romae Romanè. Idem habet D. Gregorius Nazianz. in Carm. de Catalog. sacrae Scripturae.

Clem. Alex. D. Epiph. Auctor in Marcum.

D. Gregor. Nazianz.

620.

Alii è contra existimant D. Marcum scripsisse Graeco idiomate; pro qua sententia aperte stat D. Hieron. Praefat. in Evangelia ubi ait: De novo loquor testamento, quod Graecum esse non est dubium, excepto Apostolo Mattheo, qui primus in Judaea, Evangelium Christi literis Hebraicis edidit. Et consequenter; Evangelium Marci, quod bona pars est novi Testamenti, idem habet D. Augustinus lib. 1. de consensu Evangelistarum, cap. 1. ait Matheus Hebraeo scripsisse perhibetur eloquio; ceteri Graeco. Idem habet Genebrat. in Chron. ad annum Christi 44. Genebrat. Deinde D. Marcus maxime commoratus est Alexandriae, ubi sermo Graecus communis, & valde vulgaris erat, & D. Marcus scripsit Evangelium Romae non hominibus plebeis, sed nobilibus, qui maxime versari erant lingua Graeca. Deinde ut fertur in Theatro Venetianum observatur autographum D. Marci, ut dicitur manu ejus conscriptum literis valde corruptis, quae minime possunt legi, tamen quantum conjecturari licet literae erant Graecae.

D. Hieron.

D. August.

D. Hieron.

621.

Tertia sententia tanquam utramque in concordiam reducens, & sequutus sum primo tomo citato loco, affirmat D. Marcum in utraque lingua Evangelium scripsisse, & maxime cohaeret cum eximia charitate D. Marci, qua omnes lucrifacere curabat, & ideo Romae Latinè, Alexandriae Graecè scripsit, nulli parcens labori, ut omnibus se accommodaret. Petrus de Natali Aquileiensis Episcopus in Catalog. sancti. lib. 4. cap. 86. ait: Petrus Marcum Aquileiam Praeepiscopum destinavit, ibi Evangelium suum, quod alias Roma latinis literis scripserat, iterum eloquio Graeco exaravit quod usque hodie in Aquileiensi Ecclesia cum sede eburnea; in qua sedens illud scripserat, demonstratur. Hanc sententiam tenent Adrian. Bellarm. Barrad. Possevin.

P. de Nav.

622.

D. Marcus in scribendo Evangelio non servat ordinem temporis, sed ut audiebat a suo Magistro D. Petro sic scribebat, & cum D. Petrus dictaret hoc Evangelium, omnia, quae ad ejus conducebat laudem, subicit, nam cum Christus interrogaret, quanam opinio de filio hominis foret, ut narrat D. Matth. 16. num. 17. ait Petrus, Tu es Christus filius Dei vivi, & Dominus ad illum. Beatus es, quia caro, & sanguis non revelavit tibi sed Pater meus. Eandem historiam scribens D. Marcus cap. 8. n. 29. Sic refert. Respondens Petrus ait ei. Tu es Christus, & comminatus est eis ne cui dicerent de illo. Quae sui laudis erant ex tanta revelatione accepta silentio involvit, & paulo post cum Petrus ex multo amore erga Christum, ei dissuadebat ne se crucifigi permitteret scribit Marcus citato. cap. 8. num. 31. Dixit ei Jesus; vade retro satana quod non sapis ea, quae Dei sunt; sed quae hominum Quae petrum extollebant, tacentur, quae deprimebant, profere

Matth. 16.

Marc. 7.

Marc. 8.

Ioan. 17.

Matc. 14.

Marc. 14.

623.

624. D. August. Marc. 5.

625.

Arabicus.

proferuntur, sic & multis aliis. Cum comprehenderet Jesus, scribit Ioan. 18. num. 16. Simon Petrus habens gladium percussit Pontificis servum, D. Marc. verò c. 24. n. 47. Scribit. unus autem de circumstantibus, educens gladium percussit servum summi Pontificis. Omnes quatuor Evangelistae Petri negationem scribunt, & quod ipse eam obfirmasset, majoribus, ac durioribus verbis, ac magnis execrationibus solus Marcus c. 14. n. 71. Ceptit anathematizare, & jurare, quia nescio hominem, quem dicit. Solus Marcus scribit, quod ipse anathematizare cepit: Cum ex ore Petri hæc acciperet Evangelista, Magnus Petrus omnium virtutum exemplar per suam eximiam humilitatem, quae ipsam commendabant, præterit, quæ aliquantulum poterat deprimeret, hæc profert, manifestat, ac declarat.

Circa annum, quo suum Evangelium literis commendavit; relictis variis opinionibus, quas retuli, tom. 1. in Evangel. in Proemio, cap. 4. num. 13. dum Romae commoraretur, extitit annus quadragesimus quintus, duodecimus post Passionem Christi, Claudij Imperatoris tertius, ita Baronius anno Christi quadragesimo quinto. Eusebius in Chronica. Ubi insinuat, scripsisse anno quarto, vel quinto post adventum Petri in urbem, & ipso anno, vel sequenti missus est ab Apostolo in Alexandriam cum suo Evangelio, quod Romae composuerat, & iterum in Alexandria in Graecum vertit.

D. Augustinus lib. 1. de consensu Evangelist. cap. 2. appellat D. Marcum brevitatorem Matthei, non tanquam quod ipsum in epitome redegerit, ut aliqui dixerunt, sed ea quæ D. Matheus largius describit, brevius narrat D. Marcus: & in referendis historiis Christi sæpe diffusus est D. Marcus, ut in siculnea arefacta, ut de ambulatione super mare, in arboribus ambulantis tanquam hominibus, in negatione Petri, in historia Resurrectionis, ac Ascensionis Christi, Matheus largus est in doctrinis referendis.

Evangelium D. Marci, mixtae virtutis, ac efficaciae, & plures animas convertit D. Marcus sub abbreviato Evangelio, quem Matheus suo amplissimo; Matheus scripsit pro Hebraeis, ex quibus paucos lucratus est; Marcus verò pro gentibus, ex quibus amplissimos fructuum manipulos colligit. Magno cum mysterio D. Matheus, qui longum scripsit Evangelium, parvo puero insignitur; Marcus verò, et si brevis in scribendo, magno comparatur leoni. Quid parvitas eam magnitudine? Quid magnitudo eam parvitate? Tamen si collationem facias Hebraeorum, quibus suum dedit Evangelium Matheus, cum reductione gentium, pro quibus suum dedit Marcus, facile deprehendes factio respondere insignia, parvum fecit fructum unus ad Hebraeos apud gentes verè alter multum profecit; proindeque apud Matheum puer parvus in colligendo apparet; qui maxime adauctus, leo magnus apud Marcum abbreviatorem cernitur; fuit ergo D. Marcus magnus, ac praeclarus Evangelista, Patriarcha, & Apostolus; unde Arabicus in ejus Evangelio hunc titulum proponit: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Dei unius, Evangelium Patris, Pa-

riarcha, Apostoli, sancti Marci Evangelistae. Ecclesia Alexandrina sub D. Marco maxime floruit, & eam tanta virtute, & sanctitate fundavit, ut discipulos habuerit maxime, religiosos, qui ob suam eximiam virtutem, ac sanctitatem, dicebantur Essai, id est, Sancti, quos mirifice laudant Josephus, & Philo, lib. de Therapeutis, ex quo prodierunt praecellissima agmina Monachorum, & Anachoretarum, qui in terris vitam Angelicam debebant ut patet ex D. Hieron. vitis Pattum, Fugari, Callianot, Palladio. Ecclesia Alexandrina uberes fructus maxime dedit sub Commodi Imperatore anno Domini 180. cui praefuit Panteoneus, cui successit Clemens Alexandrinus, Clementi Origenes, cujus discipuli fuerunt sanctus Gregor. Taumaturgus, Athenagoras, & postea S. Anastas. S. Basil. S. Nazianzen. Hi omnes sancti Marci fuerunt sequaces, atque discipuli.

626.

Joseph. Philo.

D. Hieron. Fugar. Callian. Pallad.

QUESTIO IV.

De Sancti Lucae Evangelio.

SUMMARIUM.

- 627 De Lucae nominis etymologia.
628 Quis, & qualis Div. Lucas, & quantus virtutis.
629 An fuerit Christi Domini Discipulus, & num. 630.
631 Dicitur etiam à Patribus Apostolus.
632 Ex multis virtutibus adscribitur D. Lucae, & propriissime.
633 Valde mirabiliter Lucas describit Evangelium ascendendo.
634 Lucas medicus de misericordia, ac beneficentia agit.
635 Lucas Pictor, & pictura valde utilis.
636 Quo loco, tempore, ac idiomate scripsit Evangelium.

Lucas, si Hebraeorum consulas, idem est ac doctor, seu qui scientiam docet, ut Cornelius, & alij volunt in acta Apostolorum; seu ut contendit Pagninus de nominibus Hebraicis, idem est ac Resurrectio, Anastasius Sinaita, ac confurgens seu elevans. Pagninus citatus ait, quod idem valet, ac lavo; Origenes in Epistolam ad Rom. Garr. Prol. in Lucam, sic dicitur à lucendo & divina Providentia, tali nomine insignitur noster Evangelista, nam suo Evangelio tanquam ingens splendor fulget in orbe, & ut insignis Doctor nos docet viam salutis, & à nostris peccatis nos confurgere facit, ab eorum maculis lavat, & mandat. Praedicare ait D. Augustinus lib. de Genes. ad litteram, cap. 6. Nomen appellatur quasi notamen, quod rem notat, secundum ejus opera facta, & qualitates.

627. Cornelius.

Pagnin. Anstas. Pagninus. Origenes. Garr. Prol.

D. August.

628.

Labay. D. Hieron. Beda. Addon.

D. Lucas fuit natione Syrus, genere vero seu patria, & nativitate Antiochenus, arte, & professione medicus, eique multa privilegia concessa sunt à Deo: viginti quinque numerat Joannes de Lahay ex societate, in apparatu Evang. cap. 68. & inter alia ex D. Hieronymo, Beda, Addone tradit S. Lucam peccatum mortale nunquam commississe, & etiam austeram